



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

5. Multis, & verò etiam contrarijs morbis lobum laborâsse.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

panniculiq[ue], quibus purulentum cruentum abstergeret, coactus est testa sanientem radere sedens in sterquilino. Ut maior esset dolor, velut vnguem in ulcere verteret, aspera testa, pro tenui strophio usus est. Quale, inquit Tertullianus, *in illo viro feretrum* (seu trophyum) *DEVS de diabolo extruxit?* quale vexillum extulit? cum ille homo ad omnem acerbum nuntium nibil ex ore promiceret, nisi DEO gratias? cum uxorem iam matis delassatam, & ad praua remedia suadentem execraretur? *Quid?* sane ridebat DEVS, dissecabatur malus (satan) cum Iob immundans corporis sui redundantiam, magna equanimitate distringenter; cum erumpentes bestias inde in eosdem fecerit & pastus foraminose carnis ludendo reuocaret.

Hic rursus duas aduerto Stygij prædonis astutias. 1. Cum ad Iobi cruces augendas oves, boues, camelos, seruos, liberos, & omnem substantiam eius sustulisset, reliquise tamen illi uxorem pessimam; quæ cum eum solari, curareque deberet, tanquam Xantippe aliqua irridebat, ad iram impatientiamque prouocabat: ut non tantum haberet, quod pateretur, sed etiam viperam, à qua morderetur, & ad blasphemandum incitaretur. 2. Is, qui à planta pedis, usque ad verticem eum percussit, unam ex omnibus membris linguam communis ulcere, & plaga exemplam seruavit, ne maledicendi instrumentum, à blasphemis cohiberetur, plaga percussum. Hinc ait ipse Iob: *Derelicta* Iob. 19. 26. *sunt tantummodo labia circa dentes meos.* Labia & linguam illi reliquit, ut vaginam & gladium in promptu haberet, si fieret furiosus. Sed in his omnibus, non peccauit Iob labijs suis. Duo autem Iob. 2. 10. sunt, quæ illi maximam patientiae materiam in corpore suppeditauerunt; nimirum multitudo & magnitudo morborum. Ut enim carnifex peritus, ita satan varia atque exquisita tormenta excogitauit, quibus fortissimum virum, ad superos execrandos impellere.

De multitudine ita loquitur Origenes: *Nullum dereliquit supplicium, neque paenam, neque dolorem, putredinem, vermes, ossum divisionem, neruorum fatigationem, membrorum debilitationem, atq[ue] totius carnalis compaginis passionem, atque dolorem: jacere non poterat, sedere non valebat.* Igitur singula membra Iobi singulis ac peculiaribus morbis infestata fuerunt. Quod insinuantur illis

Yy

verbis

V.

verbis : à planta pedis , usque ad verticem eius . Etsi enim ulcos non minetur , tamen eadem prauorum humorum disturbatio , & pugna aut sanguinis corruptio , in diuersis corporis partibus , quorum temperies dissimilares est , morbos diuersos potuit efficere . Nec sanè eodem morbi genere caro , cutis , ossa , viscera , labore rare possunt . Rectè enim Hippocrates ait : *Morborum omnium unus & idem modus est : locus verò ipse eorum differentiam facit . Quare videmus quidem morbos inter se nihil simile habere , propter diversitatem scilicet , cùm sit tamen una morborum species , & causa quoque eadem .* Etiam si autem , iuxta naturæ modum rectè doceat Galenus , fieri non posse , ut homo omnes sui corporis partes afflitas habeat , tamen in Iob , præter naturæ consuetudinem , & arte diabolica factum est , vt omni ex parte doleret , quasi lanceis , ita acutis doloribus vndeique confossum . Hinc ipse ait : *Circumdedit mel lanceis suis , & , posuit me quasi signum , & scopum crebris iaculis petendum . Consueta sanè naturæ lege , contrarij morbi simul in humano corpore inueniri numquam potuerunt , quia aut ex causis contrarijs oriuntur , aut quod vnum morbus alteri soleat esse medicina , vel alio modo repugnet ; à malo tamen genio in Iobo etiam contrarij morbi procurati putantur . Cùm enim ille sit mille artifex , potuit vnius partis actionem in aliam impediare , aut praui humoris fluxum concitare vel sistere ; vel etiam actiua passiuis coniungere , aut remouere . Nam ignis sacer , & ardentes herpetes , quibus exuritur caro , & velut carbo nigrificat , è quibus non modo vermes , aut aliæ bestiolæ naturaliter digni nequeunt , verùm etiam si geniti essent , necessariò interirent , & exurerentur : & tamen Iob pariter ardebat totus , pariterque fœdi humoris copia profluente , scatebat vermis , & exultus sanie manabat .* Poterat autem facile Panurgus ille , & pro multis , & pro diuersis morbis materiam comparare . Certe artbilis idonea est ulceribus pessimis , lepræ , elephantiasi , mororibus , vermis , tumoribus , interdum etiam pleuritidi , alijsque præsentaneis malis efficiendis .

V.I.

E quibus principijs duo corollaria consequuntur , nimis & insanabilibus , & mortiferis morbis Iobum affectum fuisse . De desperatis & insanabilibus morbis ita loquitur Origenes :

Perchis

Hippocrat.
lib. de flatib.

Iob. 16. 13.